Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Seite 107

Quelle:
Copyright:

Cod. LI.

Chartac. Folminor. 14 et 15. 1. 415.

fac. phil. Franc.

C. Plinii Secundi Lib. primus Histor. Natur.

2a – 40b

1.

C. Plinii Secundi Liber primus Historiae naturalis. Procedit testimonium, quod exhibet de Plinio Suetonius Tranquillus, in libro de viris illustribus, quodve incipit: "Plinius Secundus Novocomensis, equestribus militiis industrie functus." et. Sed in Ms. nostro mutilum est, desunt enim prima verba: Plinius Secundus; et Novocomensis loco legitur: Novem menses. Verum hanc vocem (: Novocomensis :) in veris Codicibus abesse, et abesse debere, affirmat Harduinus in editione Plinii, Paris. 1741. Fol. in Profat. ad Lectorem Tom. I. De Authentia hujus Testimonii vide C. Suetonius Tranquillus, edit. cur. P. Burmanno, Amstel. 1736. 4. Tomo 2. p. 409. in notis; maxime autem (: paucis excepto :) consentaneum codici nostro exhibetur in editione Plinii Hagenoana, 1518. Fol. p. III. Postea sequitur Proemium, seu Plinii Epistola dedicatoria ad Vespasianum, cujus initium: "Libros naturalis historiae" et. Jam ipse operis liber primus, qui continet Elenchum materiarum in reliquis numero triginta sex libris comprehensarum, nec non nomina Auctorum, quorum hoc historia testimoniis nititur. Institutio Collatio me docuit, Ms. nostrum a tribus supra memoratis editionibus multoties, maxime autem in Elencho libri XXII. discrepare.

De Plinio secundo, seniore vid. Fabric. Bibl. latin. T. I. lib. 2. c. 13. p. 477.